MATERIA MEDICA.

D. HERMANNI BOERHAAVE,

A. L. M. Philoſophiæ & Med. Doctoris, hujusque, Botanices, & Colleg. Practic. In Academia Lugduno-Batava Profeſſoris.

APHORISMIS,

Authore ipſo, optimè Concinnata.

Editio altera:

Priore auctior longèque emendatior & duplici Indice, unâ rerum, alterâ Morborum locupletata.

Ut Alimenta ſanis corporibus Agricultura, ſic ſanitatem ægris Medicina promittit.
Celſ. præf. *L.* 1. p. 1.

LONDINI,
Sumptibus SOCIETATIS,
MDCCXVIII.

BOSTON MEDICAL
OCT 26 1925
LIBRARY

1 MK 80

PRÆFATIO.

STUDIOSO.

S. P.

MUltis nominibus alterâ vice hic in lucem prodit libellulus: Quorum neutrum lucri captandi; gloriæve aucupandæ gratiam ſpectat; ſed ſolùm commodum, Utilitatemque Studioſæ Juventutis. Notum eſt enim (ut opinor) omnibus in quorum manus incidit altera editio, quàm turpè iſta erratis ſcaturit, ita ut numero 200. ſuperant, quæ omnia in hâc ſunt ablata, atque additamentum ſeptem formularum medicaminum hîc & illic propriis locis inſperſarum, nec non apparatus Medicamentorum duobus ultimis Aphoriſmorum

morbis accommodatus, huic editioni adductus eſt: Cum duplici Indice, quarum una rerum pleniſſima, altera Morborum: quibus hoc fit uſui opus multò magis aptum quàm antehac fuit.

Obſervare hîc loci par erit, Editorem iſtius Libri, cui titulus eſt, *Elementa Medicinæ Phyſico-Mathematica Archibaldi Pitcarnii*, in ejus præfatiunculâ ſpurcè inſinuâſſe iſtam Appendicem, Cui titulus eſt, *Methodus præſcribendi formulas ſecundum Archibaldum Pitcarnium*, huic operi adjunctam fuiſſe, ut Pharmacopœjæ ſuæ æſtimationem aut conciliaret aut augeret Editor. Sed iſte Detractor Sciat, nullum opus Noſtri Illuſtriſſimi Authoris, ut gratiam iniret apud terrarum Eruditiſſimos, cujuſcunque auxilio egere. Cum

Cùm præterea iſta reapſe haud uſui inſerviat appendix, utrum ornamentum utilitatemve ſpectes, hâc in editione, deditâ operâ, excluſa eſt.

Obſervare quoque licet, hoc opus pariter ac Inſtitutiones & Aphoriſmos, hos in ſermonem Anglicanum malè convertendo, illud à plenitudine erratorum, quibus hactenus exundavit, multùm perpeſſum fuiſſe. Si res ita ſe non habuiſſet, hoc verò abſque Authoris noſtri licentiâ in apertum non vellem proferre. At certum eſt, hoc opus, niſi clariſſimo Authori, in publicum idem daturum eſſe. ipſo placeret, non poſſe fieri, quàm quòd hîc tibi ſe iſtit, inculpatiùs.

Nunc ſolùm ſupereſt, quòd Excellentiſſimum Profeſſorem, ob hoc opus typis, eo neſciente, mandan-

dum, me ignotum habiturum esse, implorem. Quod propter suam benevolentissimam indolem, me persuasum habeo, illum concessurum esse. Sanctè enim palam facio, me nullam metam assequi nisi utilitatem commodumque studiosæ Juventutis, memoriâ tenens hoc Græcorum proverbium τὰ τῶν φιλων πάντα κοῖνα: quod Studium, Lectorem candidum Æqui bonique consulere, quæso. Bene vale, mactèque virtute esto.

DE

BOSTON MEDICAL
OCT 26 1925
LIBRARY

DE CURATIONE DEBILIS FIBRÆ.

SECT. XXVIII. No. 1.

Decoctum Panis.

REcipe Panis tritici cum furfuribus fermentati, bis cocti ℥viij. aq. putealis puriſſim. ℔iij. *coque in vaſe figulino recenti clauſo per ſpatium* 1 *horæ, dein cola per ſetaceum.*

Gelatina Panis fit,

Si decoctum præcedens exhalat ad ignem donec ejus pauxillum, in lapide frigido, fuſum coëat.

Cremor Panis erit,

Si frigefactum decoctum ſpiſſitudinem cremoris recentis induat. ———

Si hujus Gelatinæ pauxillum, lacti, juſculo, vino, cereviſia, aut aquâ miſceatur, fiunt varia lævis nutrimenti genera.

Si ſumatur Decocti præſcripti ℔j.
Succi Citri ℥ß.
Aq. ſtill. Cinam. ʒij.

Vini Rhenani ℥iv.
Sacchari q. ſ. ad gratum ſaporem;
habetur decoctum panis gratiſſim. & ſaluberrimum.
Rurſum ſi eidem vitelli ovorum miſceantur, fit aliud, ſed viribus idem edulii genus.

Sect. 28. N. 4.

Acida-auſtera Vegetabilia.

Acaciæ fructus, ſuccus, flos, cortex.
Acetoſæ ſpecies, ſuccus.
Anſerina.
Bellerica a ℥j. ad iiij. data.
Berberis fructus, ſuccus.
Biſtortæ radix.
Capparis fructus, cortex, radix.
Cornus fructus, folia.
Cupreſſus, fructus, folia.
Cynosbatos flores, fructus, ſpongiolæ.
Cydonia mala, & pyra, & horum miva.
Filicis radix.
Fraxini cortex.
Granatorum flos, pomã, cortex.
Hypociſtis ſuccus inſpiſſatus --- ℥j ad ℥iv.
Lapathi folia, flos, ſemen, radix.
Meſpilorum fructus.
Myrti folia.
Nympheæ maj. fol. flores.
Omphacium.
Pimpinella.

Por-

Portulaca.
Pyra auſtera.
Quercus fol. Glandes.
Quinquefolium.
Rhabarbarum detur à ——— ʒſs ad ʒij.
Rhi. fol.
Roſar. flores.
Sanguiſorba.
Sedum majus.
Sorbi fructus.
Tamarindorum fructus acid. ℥i ad ʒij.
Tamariſci cortex.
Tormentillæ radix.

Sect. 28. N. 4.

Acido-Auſtera Foſſilia.

Acida in terrenis abſorpta, qua eo potentiora, quo ponderoſius acidum plus terræ abſorpſit.

Mars in vino Rhenano ſolutus ʒj. ad iv.
——— aceto Vini ——— Gutt. x. ad xxx.
——— oleo vitrioli —— gutt. i. ad iv.
Vitriolum nativum gr. i. ad iv.
——— ſtanni — gr. i. ad xxx.
——— Alumen gr. ℥ ad 30.
Ex his infinita fiunt formulæ.

Pulvis.

℞ Alumin. Rupei gr. x.
Rhei Barbar. gr. v.
Cort. Granat. gr. iij.

M. F. P. pro una dos.

Conditum.

℞ Mivæ Cydoneorum -- ℥i.
Conserv. Rosar. Rubr. - ℥ss.
------ Flor. Granat. - ʒss.
Syrup. Myrtini q. s. f. Conditum.
Dos. ℥i *ter, vel quater, de die.*

Pilulæ.

℞ Vitriol. martis calcinati ad albed. ʒss.
Gallar. Quercin. ——— gr. x.
Rad. Tormentillæ ——— ʒj.
Succi Hypocistidos. q. s. ut fiant Pil. singulæ gr. ii.
Capiat Æger unum ter. quater de die.

Decoctum.

℞ Fol. Oxylapathi -- ——— M. j.
Flor. Rosar. Rubr. ——— ʒvj.
Cort. Tamarisci ——— ℥ij.
Rad. acetosæ ——— ℥iv.
Sem. contusorum Lapathi - ℥ij.
Coq. cum aquâ ferratâ spatio ¼ horæ. Ibij *exhibe.*
Capiat ℥i *ter quater in die.*

Vinum medicatum.

℞ Sem. contus. acetosæ major. ʒvi.
Flor. Granator. ——— ʒv.
Rad. Cappar. ——— ℥ij.

Cor

Cortic. Fraxini ——— ʒx.
Fol. Pimpinellæ ——— Mij.
Conſciſſa & contuſa infunde ad vini Rubri Graviſs. (anglicè Graves wine) ℔iij.
Capiat ʒi *ter quater in die.*

AD MORBOS FIBRÆ RIGIDÆ ET ELASTICÆ.

Sect. 35. N. 1.

α. Decocta Panis dilutiora. vid. 28. N. 1.
β. Succi maturorum fructuum horæorum.
crudi vel cum aqua diluente parum cocti.
Aurant. malorum ſuccus.
Bacc. ſambuci ſuccus.
Ceraſorum dulcium omnia genera.
Citria poma bene matura dulcia.
Cucumeres mites.
Cucurbitæ mites.
Ficus.
Fraga.
Granata Poma matura.
Jujubæ.
Limonia dulcia.
Mala armeniaca.
Melones.
Mora.
Perſica mala.
Poma acido-dulcia.
Pruna dulcia.
Ribeſia rubra, alba, nigra.

Rubi Idæi fructus.

Ex quibus coctione, assatione, &c. multa edulia praparari possunt. e. g.

℞ Pomorum maturorum decorticat. ℥x, *cum aquâ decoct. spatio unius horæ, contere & per setaceum cola*, tunc hujus ℥xxiv. adde nucis myristicæ contritæ ʒi. panis biscocti contriti ʒi, vini Rhenani ʒij sacchari q. s.

Olera Mollissima.

Atriplex.
Beta.
Borrago.
Brassica rubra.
Caryophillum.
Cichorea omnia.
Endiviæ.
Lactucæ omnes fere.
Pastinacæ.
Portulacæ.
Sisari radix.
Spinachia.
Valeriana pratens.
Scorzoneræ rad.
Tragopogonis rad.

Farinosa mollia.

Amygdalæ dulces.
Avena.
Fagopyrum.
Frumentum saracenicum.
Hordeum.
Millium.
Oryza.
Pistachia.
Triticum.
Secale.

Ex his fiunt Decoct. Cremor. Puls. ut de Pane. Sect. 28. N. 1.

Ex iisdem fiunt crudis emulsa.

℞ Avenæ excorticat. ℥iij
Amygdal. dulc. — ʒi.

Amyg-

um aq. decoct. Hord. F. *Emulſio* cujus ℥xxiv
dmiſce ſyrup. violar. ℥ſs.
q. ſtill. Cinnam. ℥iiij.
apiat. ℥i omni hora diei.

Sect. 35. N. 3.

. Aq. decoct. cum farinoſis. N. 1.
. ——— Emollientibus.
Altheæ flor. fol. rad.
Bellis.
Brancæ urſinæ fol.
Hyoſcyami fol.
Liliorum alborum Bulb.
Malvæ, Bismalvæ fol. flor. rad.
Melilot. flor. fol.
Mercurialis.
Parietaria.
Sambuci fol. flor.
Verbaſcum.
Violaria.
. Butyrum recens.
Pinguedo volucrum. Anat. anſer. Capon.
Medulla.
Olea lenia ex farinoſis blandis v. g. Olivarum.
Lini, Amygd. Dulc.
Ex his Balnea, Vapores, Fotus, Litus, Decoctа, Potus, &c. fiunt.

CONTRA MORBOS VISCERUM FORTIUM, ET RIGIDORUM.

Sect. 54. N. 2.

Copia minuitur miſſo ſanguine; denſitas minuitur 1. per aquam tepidam & ſerum lactis; 2. per minuentia copiam; 3. minuentia preſſionem.

Preſſio minuitur, 1. minutâ copiâ, 2. minutâ denſitate. 3. minuto motu.

Sect. 54. N. 3.

Quies corporis & animi huc ſpectat.

Sect. 54. N. 4.

Humectantia ſunt quæ multa aqua cum ſaponaceo, vel farinoſo admiſto conſtant c. g.

α Aq. decoct. cum farinoſis. 35. N. 1.
β ——— emollientibus. 35. N. 1.
γ ——— fructibus horæis. 35. N. 1.
δ ——— oleribus. 35. N. 1.
ε ——— carne recent. inſulſa, vel cum oſſibus & cornubus.
ζ Aq. decoct. cum piſcibus fluviatilibus. oſtræis, cancris. &c.

Decoctum Humectans.

℞ Sem. papaveris Alb. contuſ. ℥i.

Cicer.

— Avenæ integræ — ʒiiij.
Cicer. rub. contuſor. — ʒxij.
Flor. Boragin. } ana — ʒvi.
— Altheæ. }
Rad. ſcorzoner. — ʒij.
— Glycyrrhizæ — ʒij.
Fol. malvæ; Parietariæ ana Mſs.
cum Aq. decoct. ſpatio ¼ horæ; pint ij admiſce
Rob. Ribeſiorum } ana ʒi.
— Sambuci }
capiat ʒij *omni hora diei.*

Lenientia.

Sunt quæ duritiem, i. e. rigiditatem tollunt.
vid. 35.

Emollientia.

Fere eadem ac lenientia.

Diluentia.

1. *Aq. pura ad teporem ſani corporis Balneo, potu, vapore, clyſmate, potu applicata.*
2. Serum lactis recens ſimiliter uſurpatum.

Reſolventia.

Sunt quæ id quod prius fluidum, dein concretum fuerat, iterum in fluidum reducunt.
1. Diluentia.

2. Sa-

2. Salina ex ſale marino, nitro, gemmæ, ammoniaco, borace, alcalicis volatilibus vel fixis, acida rite fermentata, aceta &c. compoſita ex his Sal Polychreſtus, tartarus tartariſatus, tart. purgans Sennerti, &c.

3. Saponacea, ſales volatiles ſpirituoſi, Aromatici, oleoſi.

Sapo Chemicorum ex ol. diſtillat. & Alcali fixo. Sapo domeſticus ex ol. expreſſo & alcali fixo.

Mellita.

Succi horæi maturi. &

Aloetica.

4. Remedia mechanica frictiones, &c.

Hæc iterum tot diverſis modis applicari poſſunt v. g.

Forma Miſturæ.

℞ aq. decoct. hord. ℥xij.
Borac. Venet. ʒij.
Sal. volat. oleoſ. ʒiij.
Mellis puriſ. ℥ ii Miſ.
Capiat ℥j omni hora diei.

In Guttis.

℞ Elix. pp. cum ſale tartat. præparat.
Sal. Vol. Oleoſ.
—— purgant. Sennerti, ana } ʒſs. Miſ.
Capiat gt. xxv. quater de die ex vino.

Pi-

Pilular. forma.

℞ Sapon. venet.
Boracis. } ana ʒij
Aloes puræ.

M. F. Pil. ſingula gr. iij. Capiat unam quater de die.

Specie decocti.

℞ Herbæ recentis ſaponariæ Mſſi.
——— Beccabungæ M. ij.
——— Fumariæ M j
Rad. recent. graminis, Cichorei a ʒij *cum aq. decoct. vaſe clauſo ſpatio ½ horæ; per pannum expreſſi, & per quietem depurati: hujus decocti pint. iij. admiſce.*

Rob. Sambuci
Oxymel ſimplicis } ana ʒij.

Capiat ʒij omni hora vel idas.

In Pulvere.

℞ Spermat. Ceti
Boracis } ana ʒij. m. F. P.

divid. in doſes viij. capiat 1. *omni biborio ex paxillo vini.*

Abſtergentia.

Sunt quæ glutinoſa fluida vel ſemi corrupta ſolida depellunt a locis quibus ſuâ tenacitate adhæſerunt, ſuntque. 1. di-

1. diluentia.
2. reſolventia.
3. maxime ſaponacea, lixivioſa, fixa & mellita cum aceto.

AD MORBOS SPONTANEOS EX ACIDO.

Sect. 66. N. 1.

Jura ex avibus, piſcibus, & quadrupedibus; Ipſæ horum carnes imprimis aſſæ Gelatinæ ex jure inſpiſſato.

Vegetabilia antacida.

Abſinthium.	Centaur. min.
Allia.	Sem. Dauci.
Anethum.	Eruca.
Aniſum.	Eryngium.
Apium Celeri.	Eryſimum.
Armoracia.	Eupatorium.
Arum.	Helenium.
Aſparagus.	Lepidium.
Baſilicum.	Majorana.
Braſſica.	Marubium.
Calamus Aromat.	Matricaria.
Calamentha.	Mezereon.
Card. bened.	Napus.
Carum.	Naſturtium.
Caryophyl.	Nepeta.
Cochlearia.	Origanum.
Cepæ.	Piper.

Per-

Porrum.
Pyrethrum.
Raphani.
Ruta.
Saponaria.
Satyrion.
Serpillum.
Sabina.
Satureia.
Sedum acre vermiculat.
Sinapi.
Squilla.
Thymus.
Thlaſpi.
Victorialis.
Urtica.
Zingiber.

Sect. 66. N. 2.

Tales ſunt aviculæ quæ paſcuntur inſectis imprimis & piſciculis, ut Anas, Anſer, Paſſer Fringilla, Alauda, Turdus, Perdix Roſtrata Larus, Coturnix.

Sect. 66. N. 3.

Roborantia.

Sunt quæ fibris, vaſis, membranis, viſceribus vim elaſticam addunt. 28. N. 1. 4. *item ſpirituoſa fermentata.*

Sect. 66. N. 6.

Abſorbentia acidi.

Sunt oſſa ſicca piſcium;

Lapis, Chelæ, Teſta Cancrorum;
Oſtracodermata, Conchæ Mytulorum;
Corallia; Perlæ; mater Perlarum;
Creta; Bolus.
Limatura ſtanni —— gr. viij.
Limatura ferri —— gr. xij.

Diluentia Acidi.

Aqua & Aquoſa. 54. N. 4.

Obtundentia Acidi.

1. Oleoſa.
Amygdalæ dulces & amaræ.
Piſtachiæ.
Nuces avellanæ, Juglandes, Cocos.
Sem. papaver. alb.
Ol. expreſſa ex his, tam Olivarum, &c.
2. Gelatinoſa ex Juſculis inſpiſſatis carnium & piſcium.
3. Aromata oleoſa, vid. 66. N. 1.
Item præparata ex his infinita.

Immutantia acidi.

Sales alcalini fixi, —— gr. vi.
—— volatiles —— gr. x.
—— Saponacei fixi ʒj.
—— volatiles —— ʒß.
Item præparata ex hiſce.

CONTRA MORBOS A GLUTINOSO SPONTANEO.

Sect. 75. N. 1.

Aromata quibus cibi potuſque condiri commode poſſunt, ſunt primaria

Cinnamomum.	Piper.
Macis.	Galanga min.
Nux myriſtica.	Cortex Citri.
Cort. Aurant.	Aniſum.
Thymus.	Coriandrum.
Origanum.	Serpillum.
Caryophil. Arom.	Cardamomum.
Zinziber.	

hac pani, vino, cereviſia fermentandis miſta prae ſunt.

Sect. 75. N. 2. Vid. 66. N. 1. 2.

Sect. 75. N. 3. Vid. 28. & 47.

Sect. 75. N. 5.

Diluentia, reſolventia, vid. 54. N. 4.

Stimulantia.

Qua denſitate, figura, mobilitate fibrillis vaſculorum impacta vim contractilem augent. Primaria ſunt.

Acida Salina.

Nativa.	Fermentata.	Igne producta.
Succi Citri.	Vinum Rhen.	Sp. ſalis marini.
--Aurantii.	—— Moſell.	—Gemmæ.
--Uvarum.	Acetum vini.	— Nitri.
--horæi acidi.	—— cereviſiæ.	— Vitrioli.
	Sp. Aceti.	-- Sulphuris per Camp.
	Tartar.	
	Crem. Tart.	
	Lac aceſſens.	

2. *Alcalina Salina.*

Fixa	Volatilia
Omnia ex cineribus Plantarum ut	*Omnia ex diſtillatis vel putrefactis animalibus ut*
Sal abſinthii.	Sal & ſp. C. C.
— Card. bened.	—— Urinæ.
— Tartari.	—— ſanguinis.
Cineres Clavell. gr. vj.	—— Oſſium.
	—— ſal armoniaci.

3. *Salina Compoſita*

Sal. Marin.	Sal Nitri.
— Gemmæ.	Borax.
—- Ammoniac. Nat.	Tart. Tartarizat.
—— Artificial.	—— regeneratus.

4;

4. *Olea acria aromatica vel ambuſta.*

Ol. ſtillatit. Corticis Citri.
Ol. ſtillat. Aurantiorum.
——— Cinnamomi.
——— Gariophyll. aromat.
——— Guaiaci lign.
——— Juniperi.
——— Saſſafras.
——— Majoranæ.
——— Menthæ.
——— Nucis Myriſticæ.
——— Origani cretic.
——— Rhodii Ligni.
——— Roriſmarini.
——— Spicæ.
——— Saſſafras Lign.
——— Sem. anis. anethi, cari, fæniculi.
——— Succini.
——— Terebint.

Olea Expreſſa, uti

Ol. Amygdal. amar.
—— Lauri.
—— Maceris.
—— Nucis Myriſticæ.

Olea Nativa.

Balſamus Jeruchantanus.

Balſamus Tolutanus.
——— Palmæ.
——— Peru.
——— Copaibæ.
——— Meccæ.
——— Terebinth.

Olea ambuſta acria per retortam deſtillat.

Ol. ambuſt. Sanguinis.
——— Oſſium.
——— Cornuum.
——— Ovorum.
——— Urinæ.
——— Lignorum, &c.

5. *Spiritus inflammabiles fermentati.*

Farinæ & ſuccorum horæorum.

6. *Plantæ acres aromat. dictæ, quæ ſale* N. 2. *oleoque* N. 4. *abundant.*

Fol. Abroton.
—— Abſinth.
—— Agerati.
—— Anethi.
—— Aniſi.
—— Ariſtoloch.
—— Ari.
—— Betonicæ.
—— Calaminth.
—— Cardiacæ.
—— Chamædryos.
—— Chamæpityos.
—— Chælidon. maj.
—— Cochleariæ.
—— Dictamni.
—— Epaticæ nobilis.
—— Eryſimi.
—— Eupator. Cannab.

Fol.

Fol. Fæniculi.
—— Hederæ terreſt.
—— - Arbor.
—— Hyſſopi
—— Lauri.
—— Leviſtici
—— Majoranæ.
—— Marrubii.
—— Matricariæ.
—— Meliſſæ.
—— Menthæ.
—— Naſturtii.
—— Nepetæ.
—— Nicotianæ.
—— Origani.
—— Piperitidis.
Fol. Perſicariæ acris.
—— Porri.
—— Pulegii.
—— Roriſmarin.
—— Rutæ.
—— Sabinæ.
—— Salviæ.
—— Satureiæ.
—— Scordii.
—— Serpilli.
—— Soldanellæ.
—— Thymi.
—— Tanaceti.
—— Thlaſpi.
—— Veronicæ.
—— Urticæ.

Stimulantia Aromat.

Flores præcedentium herbarum imprimis.
—— Agerati.
—— Aurantior.
—— Calthæ.
—— Caryophyl. hort.
—— Centaur. min.
—— Chamæmeli.
—— Citri.
—— Croci.
—— Eupatorii.
—— Lilior. convall.
Fol. Lupuli.
—— Meliloti.
—— Mari Syriac.
—— Salviæ.
—— Scabioſæ.
—— Schoenanthi.
—— Spicæ.
—— Stœcad. Arab.
—— Tanaceti.
—— Tiliæ.

Stimulantia Aromatica. Radices.

Rad. Acori.
— Allii.
— Angelicæ.
— Anthoræ.
— Ariſtoloch.
— Armoraciæ.
— Carlinæ.
— Caryoph. Mont.
— Ceparum.
— Chelidon. maj.
— Contrayervæ.
— Goſti hortens.
——— Oriental.
— Curcumæ.
— Cyclaminis.
— Cyperi.
— Doronici.
— Fraxinellæ.
— Fumar. bulb.
— Galangæ.
— Gentian.
— Helenii.
— Imperator.
Rad. Iridis.
— Leviſtici.
— Mei.
— Ononidis.
— Petaſitidis.
— Petroſelini.
— Peucedani.
— Pæoniæ.
— Porri.
— Ptarmicæ.
— Pyrethri.
— Raphani.
— Rubiæ.
— Ruſci.
— Satyrionis.
— Scrophular.
— Seſeleos.
— Scillarum.
— Valerian.
— Victorialis.
— Vincetoxici.
— Zedoar.
— Zingiber.

Stimulantia Aromatica. Semina.

Sem. Ammeos.
— Anethi.
— Anis.
Sem. Apii.
— Aquilegiæ.
— Anacardii.

Sem.

Sem. Bardanæ.
— Cari.
— Celeri.
— Coriandri.
— Cumini.
— Dauci.
— Erucæ.
— Eryſimi.
— Fænugræci.
— Leviſtici.
— Napi.
— Naſturtii.
— Nigellæ.
— Paſtinacæ.
Sem. Petroſelini.
— Porri.
— Raphani.
— Santonici.
— Seſeleos.
— Sinapeos.
— Thlaſpeos.
— Cardamom.
— Chermes.
— Cubebarum.
— Juniperi.
— Lauri.
— Nucles perſicorum.
— Nuc. myriſtic.

Cortices.

Guaiaci.
Saſſafras.
Juniperi.
Aurantiorum.
Citriorum.
Limonium.
Cinnamomum.

Stimulantia Aromat. Succi.

Aſſa fætida.
Ammoniac Gum.
Animi ———
Bdellium.
Benzoin.
Elemi Gum.
Galbanum ———
Lacca ———
Labdanum ———
Maſtiche ———
Sagapen.
Juniperi ———
Tacamahacca ———
Ambra-griſea.
—— Liquida.
Aloe.
Myrrhæ.

Myrrhæ. Thus.
Styrax. Calamit.

7. *Insecta, Aselli, Formicæ, Vermes majales, Cantharides. &*

Partes Animalium.

Castoreum, Zibethum, Moschus, Urina, stercora avium parum bibentium.

8. *Stimulantia Composita.*

Sunt Decocta, Extracta. Conservæ, Condita, Tincturæ, Spiritus, aquæ, Sales volatiles, Oleosi, Spirituosi, Pilulæ, Pulveres.

Decoctum contra glutinosa.

℞ Fol. Aristoloch. rotund.
—— Chamædryos. } ana Mj.
—— Rutæ.
Flor. Calthæ.
—— Eupator. Cannabin. } ana ℥ß.
Rad. Angelic. sativæ.
—— Imperator. } ana ʒvj.
—— Sem. Celeri.
—— Raphan. hortens. } ana ʒiv.
—— Cort. Sassafras. ——— ℥i.
—— Magellanic. ——— ʒij.

Cum aq. decoct. vase clauso spatio ½ horæ ℥xlvi. *exhibe. Capiat* ℥i. *omni horâ calidè.*

Ex-

Extractum contra Glutinoſa.

℞ Fol. recent. Abſinthii.
——— Eupator Cannab. } ana Q. S.
——— Marrub. albi.
——— Tanacet.

Conſciſſis minutim, contritis dein, per prelium ſuccum exprime, hunc leni igne depura per deceſſum facis, dein exhala ad ſpiſſitudinem mellis craſſi, cui adde ſalis abſinthii Tacheniani. ℈

Doſ. ʒſs *bis de die vacuo ſtomacho ex Vin. Gall. Similia extracta fiunt ex decoctis inſpiſſatis.*

Conſerva.

℞ Summitatum, recent. Rutæ, Tanacet. aa ʒj. Flor. Mari Syriac. Roriſmar. Lavend. aa ʒiv. Rad. recent. Helenii, Vincetox. aa ʒi. ſem. Raphan. Naſturt. a a ʒiv. contuſis admiſce ſacchar. alb. ʒiv.

Capiat ʒi. *quater de die vacuo ſtomacho ex Vino.*

Conditum.

℞ Zingib. condit. Cort. Magellanic. Rad. Helenii condit. ana ʒi. ſyrup. Menth. q. ſ. *Fiat Conditum, Capiat* ʒſs. *ſexies de die.*

Tinctura.

℞ R ad. Gentian,
——— Anthoræ,
Flor. Centaur. min. } ana ʒi.
——— Croci, ——— ʒi.
— Bacc. Lauri,
——— Juniperi,
Sem. Erucæ, } ana ʒiſs.
——— Sinapeos.

cum ſp. vini in Phiala alta vitrea decoct. ſpatio xij. hor. ℔iij, ſerva.

Doſis ʒij. *ter de die vacuo ſtomacho ex* ʒi. *Hydromell.*

Spiritus.

℞ Flor. Lavend. Tanacet. Aurantior. Roriſmarin. aa ʒi. Rad. Angelic. Helenii, Imperat. Leviſtic. ana ʒiſs. fol. Calaminth. Cochlear. Matricar. ana Mj. ſem. Cari. Celeri, Erucæ, Naſturt. ana ʒi. Cort. Junip. Saſſafras. Cinnamom. ana ʒiſs. *cum ſp. Vin. deſtill. ad dimidium ut habeantur* ℔iij. *bis cohobando ex veſicâ.*
Capiat ʒij. *ex vino vel hydromel. ter de die.*

Aqua.

Si loco ſp. V. aqua ſumatur in præcedent. habetur aqua *doſ.* ʒiſs *ter de die.*

Sal.

Sal Volatile oleoſ.

℞ ſp. præcedent. ℔ij.
Ciner. clavell. ℥iij.
Sal. ammon. ℥iſs.
deſtil. ex retort. ad ℔j. *in hoc diſſolve*
Ol. ſtillat. Cort. Citri gut. vi.
——— Lavend. — gut. xx.
——— Majoran. — gut. vi.
Dos. gut. lx. ter quater de die ex Hydromellis vel vini ℥i.

Pilulæ.

℞ Gumm. Ammoniac. } ana ℥i.
—— Opopanac. }
Bulbi ari recentis. ——— ℥ij.
Sapon. Venet. ——— ℥i.
ol. ſtillat. Tanaceti gutt. ——— x. *M. F. Pilulæ Singul. gr. iij. de aurande. capiat* 1. *omni triborio de die.*

Pulveres.

℞ Ol. deſtil. Menthæ. }
——— Majoran. } ana gutt. vij.
——— Tanaceti. }
Sacchari albi ſiccisſimi. ℥i.
F. S. A. Eleòſaccharum cui admiſce.
Rad. Zingib. alb. Cort. magelanic. aa ℥iv.
Capiat ℥ſs ter de die ex vino.

Vinum Medicatum.

Fiat ut ſp. hac ſect. deſcript. decoquendo cum vino, loco ſp. vini. *Doſ.* ℥ij. *ter de die.*

Cereviſia Medicata.

Eadem ingredientia ſpiritûs eâdem copiâ *infundantur in* ¼ *tonna cereviſia adhuc ſervantis pro potu aſſiduo.*

Bilioſa.

Fel animalium quadrupedum & fel piſcium, Lupi imprimis & Anguillæ. v. g.

℞ fell. Tauri, Lucii piſcis ana ℥iv.

Leni igne lente exhalent in mellis ſpiſſitudinem, tum admiſce farinæ bulb. Ari q. ſ.

F. Pil. ſing. gr. iij. deauranda.

Capiat j. mane, meridie, veſperi una ante cibum hora.

Saponacea.

Vid. 54. N. 4. inter reſolventia.

75. N. 6. Balnea ad Glutinoſa.

℞ ſummitatum Rutæ, Sabinæ, Abſinthii, Tanacet. Chamomil. aa Miii. *cum aq. decoct.* Pint. xij. admiſce ſapon. Venet. ℥iv. ſal. ſarmentor. ℥i.

Vo-

Veſicatoria.

75. N. 6.

℞ Raphani Ruſtican. contrit. ℥ſs. *applica ad cutim per hor. dimidium.*

℞ Sinap. cum aceto contriti ʒvi. *applica per horas quatuor.*

℞ Cantharid. ſine alis contritar. in pulv. tenuem ʒij.

℞ ferment. panis pauxillo cum aceto ſubacti ℥ß. M. *applica ſpatio xij. horar.*

Sect. 76.

Herbæ Alcaleſcentes.

Allium.
Armoracia.
Arum.
Aſparagus.
Braſſica.
Cochlearia.
Cepæ.
Eruca.
Eryſimum.
Lepidium.
Sabina.
Sedum acre min.
Satureia.
Squilla.
Sinapi.
Napus.
Naſturtium.
Raphanus.
Porrum.
Victorialis.
Ruta.
Thlaſpi.

Sect. 78. *Ruminantia.*

Bos, Ovis, Hœdus, Cuniculi, &c.

AD MORBOS EX ALCALINO SPONTANEO.

Sect. 88. N. 1.

Vid. 35. N. 1.

Sect. 88. N. 2.

Vid. 75. titul. 1. Stimulantia.

Sect. 88. N. 5.

Decoctum leniens acefcens.

℞ Avenæ cum cortic. ℥ij. aq. puræ ℔iij. *decoct.* ad refiduum ℔ij. *tranſcolato admiſce* ſucci citri recentis ℥i. aq. ſtillat. Cinamom. ℥ij. ſyrup. Mororum ℥i.

Utatur pro cibo & potu.

Emulſio ſimilis.

℞ Avenæ excorcicat. ℥iii. cum aq. decoct. Hordei fiat emulſio cujus ℔iſs. admiſce. Nitri puri ℥ſs. Syrup. violar. ℥i.

Sect.

Sect. 88. N. 6.

℞ Oxymel. Squillit. ℥iij. Aceti ſquillit. ℥ij. Myrrhæ in aceto ſolutæ in tincturam ʒi. Aq. ſtillit. Cichorei ℥vj. M.
Capiat ℥ſs omni hora.

Vel.

℞ Aceti in ſpiſſitudinem Mellis per coctionem redacti ℥ſs Mellis puri ʒi. aq. ſtillat. Fumar. ℥vi. ſyrup. Cichorei ʒiſs, M.
Uſus ut prioris.

Vel.

℞ Rob. Ribeſior. Sambuci ana ʒij. Oxymell. ſimplic. ʒi. ſp. ſal. commun. gut. xx. Aq. decoct. hord. ℔iv. M.
Utatur pro potu aſſiduo ad libitum.

IN MORBIS AB EXCESSU MOTUS CIRCULATORII SOLO ORIUNDIS.

Sect. 105. *Dolorem tollentia.*

Vid. 228. 229.

IN MORBIS EX DEFECTU CIRCULATIONIS ET PLETHORA.

Sect. 106. L. ζ. *Cibi acres.*

Vid. 76.

Condimenta Acria Aromatica 75. N. 1.
—— acria Acida 75. N. 5. classe prima.

AD OBSTRUCTIONES.

Sect. 135. N. 4.

Præparata Mercurialia.
Merc. dulcis ad gr. x.
Merc. sublimat. corrosivus ad gr. $\frac{1}{8}$
Merc. præcipit. ruber ad gr. ij.
Mercur. præcipitat. albus ad gr. iv.
Merc. Turbet. ad gr. $\frac{1}{2}$
Merc. Niger. gr. xvj.

Attrahentia sunt quæ laxant locum quo adducendum, arctant unde attrahendum. Vid. 35. 28. N. 4.

Derivantia quæ liquores pellunt in locum datum; talia sunt evacuatio in loco, frictio, artificiosa in vicinis.

Pro-

Propellentia ſunt ſtimulantia 75. N. 5.

IN VULNERIBUS.

Sect. 198.

Decocta Vulneraria & Potus.

1. *Attenuans.*

℞ Fol. Daphnoid. }
—— Veronicæ } ana Miſs.
—— Rutæ }
Rad. Caryophyllat —— ℥j.
Flor. Centaur. min. pug. ij.
Decoct. ex aqua ℔iii. admiſce
Sal. card. Benedict. ℥i.
Syr. è 5. rad. aper. ℥iij.
Bibat ℥iv. quater de die calidas.

2. *Inſpiſſans.*

℞ Teleph. }
Conſolidi maj. }
—— min. } ana M. j.
Malvæ }
Parietariæ }
decoct. ex aq. ℔iij. admiſce.
Syrup. Altheæ ℥ij.
Uſus ut prioris.

3. *Mitigans.*

℞ Sem. contuſor. papav. alb. ʒiii.
flor. Verbaſci ——— ʒij.
fol. Bugulæ ——— Mij.
Rad. Scorzoner. ——— ʒij.
—— Glycyrrhizæ —— ʒi.
cum aq. decoct. ℔iii.
exhibe in uſum eundem.

4. *Excitans.*

℞ Rad. Imperator.
—— Vincetox. } ana ʒi.
Fol. Rutæ ———
—— Scordii ——— } ana Mj.
Sem. centuſor. Bardan. ——— ʒx.
——— ——— Cardamom. ʒiv.
Flor. Lavendul.
—— Centaur. min. } ana ʒij.
Cum aq. decoct. ℔iii. *exhibe ut prius.*

5. *Specificè emendans.*

1. Glutinoſi vid. attenuans.
2. Acidi.
℞ Sem. Sinapi ʒſs. Rad. Armorac.
Fol. Eryſimi } ana ʒij.
Flor. Naſturt.
Vaſe clauſo leviter decoct. ℔ij. *exhibe.*
Sumat ʒij. *quater de die.*

3.

3. Alcali.

℞ Rad. Oxylapath. ℥ij.
Fol. Trifol. acetos. Mij.
Rad. Acetoſell. ℥i.
Flor. Borag. —— ʒxij. *cum aq. decoct. leviter* ℔ij. *exhibe in eundem uſum.*

4. Oleoſi.

℞ Tamarind. ℥ii.
Cryſtal. Tartari ʒvj.
Rad. Gramin ℥v. *cum aq. decoct.* ℔ij. admiſce.
Rob. Sambuci ℥ij. *uſus idem.*

5. Aperiens vid. Attenuans.
6. Laxans vid. 54. N. 4. decoct. humectans.
7. Adſtringens vid. 28. N. 4. Titul. decoct.

Sect. 201.

Emollientia Alvi.

α. Jura carnis bubulæ recent. Pinguia.
β. Olera lenia Juri incocta. 35. N. 1.
γ. Emollientia & humectantia epota & injecta 35. N. 3. 54. N. 4.

Laxantia alvi fere eadem cum emollientibus.

ἐκκοπρωτικα.

α. Fructus maturi horæi acido-dulces.
β. Horum ſucci recentes & muſta.
γ. Caſſiæ. Mannæ ana ℥ij. Tamarind, ℥i. ſuc-

ci

ei Roſar. ʒi. Paſſul. ʒiv. Aloes Roſat. gr. vj. Galban. ℈ſs.

Sect. 202.

Anodyna ſunt.

1. Diluentia. 54. N. 4.
2. Laxantia. 35. N. 1. 3.
3. Acre emendantia. 66. 88.

Narcotica ſunt.

1. Paregorica Mitiſſima.
   Sem. Papaver. alb. contuſor. ʒij.
   Syrup. Capit. papav. albi ʒiſs.
   Syrup. Diacod. ——— ʒiſs.
2. Fortiora.

Pilula.

℞ Opii puriſſimi gr. ij. F. Pil. iij. *detur una pro doſi.*

Pulvis.

℞ Opii puriſs. parum ſiccati. gr. 2.
Coral. Rubr. ſacchar. perlat. ana ʒſs. M.
F. Pulv. dividat. in doſ. iij.

Conditum.

℞ Opii *in pulverem redact. praced. doſin unam*, Mivæ Cydoniorum ʒi. M. F. *Bolus.*

Hauſtus in Guttulis.

℞ Opii parum ſiccat. ʒi. ſp. Vini. rectiſicat. ʒi. F. tinctura doſ. gut. xxx. ex aq. ſtillat. Meliſſæ ʒſs.

Vel.

℞ Opii parum ſiccat. --- ʒi.
ſp. Aceti ——— --- ʒi.
F. Tinct. doſ. gutt. xxx. ex Syr. flor. papav. Rhead. ʒij.

Miſtura Calida.

℞ Tinct. Opii gutt. lxx.
Syrup. papav. alb. ʒvi.
Aq. ſtillat. cortic. Citri
——— ——— --- Aurantiorum } ana ʒij.
——— ——— --- Cinnamom.
M. *Sumat cochlear.* i. *omni* ½ *hora donec ſopiatur dolor.*

Miſtura Frigida.

℞ Tinct. Opii cum Aceti. ſp. gutt. lxxx. ſyrup. Moror. ʒvi. Aq. ſtillat. Boraginis Papav. erratic. ana ʒiij. M. *in uſus eoſdem.*

Emul-

Emulſio.

℞ Sem. Papav. alb. contuſor. ℥ij. cum aq. decoct. Hord. F. Emulſio cujus ℥x. admiſce Syrup. Diacod. ℥iſs.
Tinct. Opii cum ſp. vini rectif. pp. gutt. xx.
Aq. ſtillat Cinnamom. ℥ij.
——— Cortic. Citri ʒx.
Capiat ℥iſs. omni ½ horâ donec incipiat leniri dolor.

Epithema.

℞ Tinct. Opii, in ſp. Aceti pp. ʒiij.
Aq. ſtillat. flor. Sambuci } ana ℥iij.
——— —— Roſarum }
Aceti Sambucini } ana ℥ſs.
—— Roſacei }
M. cum pannis applicetur temporibus utrinque.

Sect. 204.

Balſami blandi Vulnerarii ad vulnera pura.
1. Balſami nativi Palmæ.
——— —— Peru.
——— —— Tolu.
——— —— Copaybæ.
——— —— De Mecca.
2. Balſami artificiales ſimplices.

Ol. Rectificat. Ceræ.
--- Terebinth. craſſum.

Ol.

Butyrum recens.
Ol. Lini.
--- Hyperici.
--- Roſarum.
--- Solani.
--- Trifol. odorat.
3. Balſami artificales compoſiti.

℞ Flor. Sulph. ʒiiij. ol. Lini ʒiiij *leni igne coq. ad diſſolutionem ſulphuris integram.*

℞ Gum. Elemi puriſſimi minutiſſime conciſſi P. 1. *leni igne lentè diſſolut. admiſce* Terebinth. venet. puræ nativæ *P.* 1. *ſolut. per linteum trajice tum admiſce* medullæ Bovin. coctæ & ſeparatæ a membranis P. ij.
Eſt Balſamus univerſalis inſtar Arcei.

℞ Ligni Santali rubr. ℔j. aq. communis ℔iv. *coq. ſpatio* 2. *horarum, cola, inſpiſſa in extractum ſpiſſum cui admiſce* Sang. Dracon. minutiſſimam in farinam redacti ʒij.

Hujus aliquantulum miſce balſamo præſcripto, donec habeat gratum rubrum colorem, erit Balſ. ruber.

℞ Ol. Olivar. ℔iſs. Ligni Santali rubr. ʒij. *coq. leniter donec ol. ſaturate rubrum fiat, tum ſervidum cola per linteum* ʒ. *in eo ſolve ad ignem lenem* Ceræ Citrinæ ℔j. Terebinth. opt. ℔iſs. *Eſt inſtar Balſami Lucatelli.*

Usus Omnium.

Calefact. instilla Vulneri, superpone plumaceolum balsamo tinctum, deliga semel singulis 24. horis.

Sect. 205.

Emplastrum defensivum rubrum.

℞ Ol. Rosac. Ceræ Alb. ana ℥vj.
Bol. Armen. sang. Dracon. ana ℥iss.
Rosar. Rubr. Pulv. ℥ss.
M. Agita donec refrigefacta.

Emp. Defensativum Cæruleum.

Emp. De Minio.

Sect. 207.

Digestivum.

℞ Terebinth. Nativ. ℥i. Vitell. Ovorum No. 1. *exacte mistis adde miscendo* Mel. rosarum ℥ss.

Ab-

Abſtergens.

℞ Aloes
Myrrhæ } minutiſs. pulveriſat. ana ʒij.
Fol. Scord.

Sapon. Venet. tenuiſſimè raſi ʒi. *accurate contritis ſimul admiſce* digeſtivi præced. ʒiij.

Corrodens.

Merc. dulc. *tenuiſſimé tritus inſperſus.*
Merc. præcip. ruber & albus, Vitriol. ad albedinem calcinat.

Sal. Lixivioſus fixus ſolutus ad aerem.
Lapis Infernalis.
℞ Aloes, Myrrh.a ——— ʒj.
ſal. Tartar. ——— ʒij.
aq. Commun. ——— ʒij.
M. Coq. ut fiat Elixir.

Exſiccans.

℞ Ærugin. ʒv. Aluminis crudi ʒi. Acet. fortis. ʒvij. Mellis puri ʒxiv. *coq. in Unguentum.*

Alumen *leviter calcinatum,*

Aqua calcis vivi.

Sect. 209.

Epulotica Carnem generantia.

Balsami Vulnerarii 204.

℞ Ceræ Citrin. Picis Nigr. Resin. Vulg. ana ℔ss. Ol. Lini ℔ij M. *est Basilicon.*

Sect. 212.

Emplastra tenacia.

℞ Emplast. Diapalmæ q. s. Ol. Olivar. parum *solve.*

℞ Picis vulgaris Q. S.

Sect. 217.

Cicatrizans.

Unguent. Diapompholyg.
——— Calcis.
——— Nutritum.
Emplas. Album coctum.
——— De Lapide Calamin.
——— De Minio.

Spara-

Sparadrapum Gualteri.

Colophonia *ex terebinth. coct. in farinam redacta.* Thus, Olibanum, Maſtiche.

IN HÆMORRHAGIIS.

Sect. 218.

Corroſiva.

Vitriolum album, Lapis Infernalis.

Adſtringentia.

1. *Quæ vaſa contrahunt.*
Alcohol, *Sp.* Terebinth.
Succus Cydoneorum *recens immaturorum.*
Sanguis Draconis.
Crepitus Lupi.
Crocus Martis.
2. *Quæ cruorem coagulant.*
Alcohol, *Sp.* Nitri. *ſp.* Vitriol. Martis calcinatum.
Saccharum Saturni.
Cort. Granatorum, & flores Granatorum.
Lapis Hæmatitis.

CONTRA DOLORES.

Sect. 228. 229. Vide 202.

IN CONVULSIONIBUS.

Sect. 234. N. 2. Vid. 66. 88.

Sect. 234. N. 4. *tale eſt jus carnium recent.*

Sect. 235. *Antiſpaſmodica.*

1. Laxantia.
2. Diluentia.
3. Reſolventia.
4. Abſorbentia, Lap. Cancror. Margarit. Ebur. C. C. ſang. Hirci, dens Apri, Ungul. Alcis, &c. 66. N. 5.
5. Opiata 202.

Sect. 236.

Diluitur cruor coagulatus extravaſatus his ſimilibusve.

℞ Mell. Commun. ℥ij.
Sapon. Venet. ℥ij.
Sal. Marin. ℥iv.
Aq. Pluvial. ℥xij. M.

℞

℞ Sal. Ammoniac. Nitri ana ʒiii.
Urinæ recent. ſani —— ℥xij.
Mell. commun. —— ℥ij. M.

IN CAPITIS VULNERIBUS.

Sect. 247.

Ad Contuſa digerenda.

1. *Imponatur Unguent. hoc.*
℞ Terebint. ʒij.
Vitell. ovor. N. 1.
exacte miſtis, admiſce unguent. Baſilici ʒij.
Aloes puræ ʒiv.

2. *Huic ſuperponatur Emplaſtrum hoc.*
℞ Gum. Galban. depurati & cum Ovi vitello *dein ſubacti* ʒiv.
Ceræ Citrin. ʒij.
Ol. Hyperici ʒiij.

3. *Tandem huic apparatui ſuperadde hoc fomentum pannis laneis calidis exceptum, expreſſum, quantum ferri poteſt calidiſſime applicatum.*
℞ Fol. Recent. Rutæ, Scord. Tanaceti ana Mij.
Flor. Centaur. min. Sambuci, Roſarum ana ʒiij.
Cum aq. decoct. & expreſs. ℥xxx, admiſce.
Sp. Vin. ℥v. Sapon. Venet. ʒij.

Sect. 252. N. 2.

℞ Sp. Vini ſemel rectificat. ℥i. aq. ſtillat. Roſar. ℥ſs. maſtiches *pulveriſat.* ʒiii. *in Phiala alta collum ſerva uſui.*

Sect. 279.

Purgatio hic conducens.

℞ Scammon. Syriac. puri gr. xiv.
Sp. Reginæ Hungariæ ʒij.
In mortario vitreo tritis & S. A. á face ſeparatis admiſce.
Syrup. Roſar. ſolut. cum Senna ʒvi. F. *Hauſtus.*

Sect. 281. N. 2.

Attenuans, diluens, aquoſum hic bonum.
℞ Ligni Santal. Albi. ℥ ß.
——— Citrini ℥j.
——— Saſſafr. ℥ ß.
Fol. Rutæ ——— Mſs.
—— Agrimon. —— Mj.
Flor. Stæchad. Arab. Lavendul. ana ʒij.
Rad. Fæniculi, Petroſelin. Ruſci ana ℥i.
cum aq. decoct, vaſe clauſo ſpatio ¼ hora Ibjv. *exhibe, ſumat* ʒij. *omni ſemihorio.*

Sect.

Sect. 319.

Fotus vid. 315.

Sect. 320.

Clyſma.

℞ Mell. commun. ℥iij. ſal maris. ʒi.
Aq. decoct. Hord. ℥vij. *M. F. Clyſter mane & veſperi primis tribus à vulnere inflicto diebus injiciendus.*
Diæta ſit ex ſolo jure carnium.

AD CONTUSA.

Sect. 334.

Purgatio fortis nec inflammans.

℞ Agaric. ʒij. fol. Sennæ ℥iij.
Rad. Mechoacan. ʒi. Tamarind. ʒij.
conſciſſa & contuſa macera in aq. pluvial. ſpatio ½ horæ, dein ebulliant leniter ſpatio ½ horæ tum decocti percolati ℥ix. *admiſce*
Sal. prunel. ʒſs.
Syrup. Roſ. ſolut. *cum Senna* ʒix.
Capiat ℥i. *omni ſemihora donec purgetur ſatis fortiter.*

mino-

Sect. 281. N. 3. vid. 247. N. 2. & 3.

Sect. 295.

De his Remed. ſingulatim in Hiſtoria horum Morborum.

IN THORACIS VULNERIBUS.

Sect. 303. N. 3. vid. 236.

IN ABDOMINIS VULNERIBUS.

Sect. 315.

Fomentum Idoneum hic.

℞ Inteſtina pura Animalis Junioris, q. ſ. *coque in aq. cum flor. Chamæmel. Lavend. Centaur. ana Mſs. fol. Menthæ Criſp.* Mj. *ſpatio 2. horar. tum decoctum inſerviat pro fomento cum pannis applicando.*

Extemporaneum.

Sit Lac recens *tepidum.*

Sect.

minori forma idem perficere.

℞ Scammon. Syriac. gr. xiij. Stib. Diaphoret. gr. xx. Syrup Roſar. ſolut. cum Senna ʒvi. *exactè contritis admiſce aq. ſtillat Cichorei* ʒſs. *F. Hauſtus.*

Fomentum ad Contuſa.

℞ Rad. Bryon. albæ ʒij.
—— Ariſtoloch. rotund. ʒi.
Fol. Rutæ recent. Sabinæ ana Mj.
Flor. Tanacet. Chamœmel. Matricariæ ana ʒi.
Cæpar. recent. ʒvi.
Cum aq. vaſe clauſo S. Q. decoq. ſpatio ¼ horæ, tum ſucci per pannum fortiter expreſſi ʒxxv. *admiſce* farin. Lini ʒſs. *ebulliant denuo parum tum toto decocto frigefacto admiſce* ſp. Vin. Theriacal. ʒij. *Applicetur pannis Laneis.*

Cataplaſma ad Contuſa.

℞ Ingredientia eadem *prepara in Cataplaſma.*
Sub finem admiſce Farini Lini q. ſ.
Galban. in Vitello Ovi ſoluti ʒi.
Ol. Chamœmel ———— ʒiſs.

Emplaſtrum ad eadem.

℞ Rad. Brioniæ in farinam redactæ ʒij.
Flor. Sulph. ʒj. Merc. nigri ʒiij. Galban.

puri

puri & S. A. ſoluti ℥iv. Emplaſt. de melilot. ℥ix.

Ol. Chamœmel. q. ſ. *ut F. Emplaſt.*

Reſolventia Interna vid. in 54. N. 4.

Sudorifera ſunt.

1. Diluentia calida epota 54. N. 4.
2. Reſolventia interna --- 54. N. 4.
3. Stimulantia ——— 75. N. 5.
4. Laxantia ——— 35. N. 3.
5. Calor externus humidus, *ad cutim determinatus.*

Diuretica ſunt.

1. Diluentia frigida & tepida epota 54. N. 4.
2. Reſoluentia interna ——— 54. N. 4.
3. Stimulantia, imprimis ſalina, ſaponacea. 75. N. 5.
4. Laxantia imprimis fotu, clyſmate, Renibus *applicata* ——— 35. N. 3.
5. Calor Renibus, Hypogaſtrio, Perinæo, *applicatus*, frigus *vero reliquo corpori ſimul datum.*

Sect.

Sect, 336. vid. 88. N. 1.

IN INFLAMMATIONIBUS.

Sect. 396. N. 2.

Purgatio antiphlogiſtica.

℞ Tamarind. elect. pulp. ℥ij.
Cryſtal. Tart. minutim. pulv. ʒiij. M.
Capiat omni ½ *horæ* ʒi. *donec commodè purgetur.*

℞ *Fol. Sennæ* elect. ſine ſtipit. ʒij. Agaric. optim. ʒi. Tamarind. elect. ℥ij. *cum* aq. ſtillat. flor. Sambuci *vaſe clauſo decoque ſpatio* ½ *horæ. tum* decocti *per pannum expreſſi* ℥v. *admiſce* Nitri puri ʒi. Syrup. Roſar. ſolut. cum Senna ʒvi. *F. Hauſt.*

℞ Fol. Sennæ ʒiij. Tamarind. ℥ij. Agaric. ʒii. *cum aq. decoct. ſpatio* ½ *horæ* Pint. 1. *admiſce* Syrup. Cichor. cum Rheo. ℥i.
Capiat ℥i. omn ſemihora donec purgetur
Reliqua vid. 334.

Epiſpaſtica, conſtant attrahentibus ad locum 135. N. 5.
Derivantibus eo 135. N. 5.
Propellentibus ab alio 75. N. 5.

BOSTON MEDICAL LIBRARY 26 1925

Veſicatoria vid. 75. N. 6.

Sect. 396. N. 5.

Medicamentum diluens & refrigerans ſimul in hoc caſu

℞ Rad. Acetos. ℥ij. Graminis, Scorzoner. ana ℥iij.

Fol. Beccabung. Acetoſellæ, Agrimon. ana Mj.

Flor. Boragin. Bugloſſ. Violar. ana P. i.

eum aq. decoct. ſpatio ¼ horæ pint. iij. *admiſce*

Nitri puri ʒij. Rob. Sambuc. ℥iij.

Capiat ℥iij. *omni hora diei.*

℞ Aq. ſtillat. flor. Sambuc. ℥xv. Rob. Sambuc. ℥ij. Nitri puri ʒi. *M. Capiat* ℥i. *omni hora.*

℞ Sem. contuſ. Bardanæ ʒiv. Petroſelini ʒvi.

——— Cichorei ℥i.

Cum aq. ſtillat. Petroſelini *F. S. A. Emulſio.*

cujus ℥xij. *admiſce* nitri puri ——— ʒi.

——— —— Syrup. ſ. rad. ap. ℥i.

Capiat ℥i. *omni hora diei.*

℞ Stib. Diaphoret. non ablut. ʒi.

Lapid Prunell. ʒſs. Rad. Zedoar. ℈i. M.

Fiat Pulvis divid. in vi. *doſ.*

Capiat unam omni triborio ex Ptiſana.

Sect.

Sect. 398. N. 1.

Liquidum tenue Aromat. calide potandum.

℞ Ligni Santali Albi, Citrini, Rubri, ana ℥i.
—— sassafras. ℥ij.
Rad. Carlinæ ℥i.
—— Petroselini, Fænicul. ana ℥iij,
—— —— Ononidis ℥ij.
Fol. recent. Rutæ. Scabiosæ, Betonic. Tussilag. ana Mj. *Cum aq. decoct. spatio ½ hora* ℔v. *exhibe. Sorbeat omni hora* ℥ij. *fervidas.*

Sect. 398. N. 1. 2. 3.

vid. 107. ad 144.

AD ABSCESSUS.

Sect. 403.

Maturantia in Pus, N. 1. 2.

1. Gum. Aromatic. simplic. Ammoniac.
Bdellium, Sagapenum, Opopanax.
2. Emollientia, Laxantia, Humectantia. 54. N. 4.

For-

Formulæ.

℞ Farin. Secal. ℥iv.
Aceti ℥ij.
Gum. Galban. *in vitell. ovi ſolut.* ℥i.
cum aq. decoct. in cataplaſma addendo ſub finem ol. Lil. alb. ʒi. Fiat *Cataplaſma.*

℞ Fol. Acetoſ. recent. M. iiij.
Butyri inſulſi, ℥i.
Ad ignem leniter decoctis parum adde fermentati Panis ℥ij. Gum. Sagapen. *in vitell. Ovi ſolut.* ʒiiij.
F. S. A. Cataplaſma.

℞ Mellis *ad ſpiſſitudinem panlò majorem cocti* ℥iv.
Ceparum *ſub cineribus aſſatar.* ℥iii.
Ficuum pinguium ℥iv. *S. A. cum pauxillo* aq. decoct. *in cataplaſma admiſce* Farin. Lini ʒiv. ol. Lini ℥ij. *F. Cataplaſma.*

1. *Uſu decocti* 398. N. 1.
2. *Motu excitatui ſufficiente.*

Sect. 409.

℞ Fermentati panis acris ℥ij.
Sapon. Venet. rafi ʒij. Mellis ℥ſs.
Ol. Chamœmel. infuſ. ʒij. *M. F. S. A. Cataplaſma.*

Sect. 412.

℞ Ciner. Clavellat. ℥iv. Calcis Vivæ ℥vj. *Contrita miſce; dein in loco humido liqueſcant; filtra, inſpiſſa, fuſa ad ignem validum in Crucibulo effunde in Lapillos, caute, in vaſe ſicco benè obturato aſſervandos. Horum pauxillum abraſum plumaceolo exceptum applicetur ſpatio 2. horarum dein applica deterſo, priori, Butyrum.*

CONTRA FISTULAS.

Sect. 415.

Digeſtiva liquefacta.

℞ Terebinth. nativ. ℥ij.
Vitel. Ovorum -- ℥j. S. A. *ſubactis admiſce,*
Sp. Vin. Com. -- ℥iv.
Mellis communis ℥iv.
Aquæ Commun. ℥ix.
Calefactum & probe miſtum injice.

Vel ℞ Balſam. Arcæi ℥i. vitell. Ovorum ℥i. *miſta, dilue* Sp. Vin. com. ℥viij. *Uſus ut prioris.*

Deterſiva.

℞ Mell. Roſar. ʒij. Elix, pp. cum ſale Tartari pp. ʒſs. Lixiv. Barbi tonſor. ʒviij. M.

Vel ℞ Rad. Ariſtoloch. maj. ʒij. Fol. ficc. Scord. ʒi. Bacc. Junip. contuſ. ʒi.
cum Sp. Vini debili *decoct. in phialâ altâ ſpatio* 1. *hora* ʒxx. *admiſce Sapon. venet.* ʒi. *uſus ut prioris.*
Ubi pura Fiſtula conſolidat. injectum ſequens.

℞ Ol. infuſ. Hyperici. ʒiv.
Aloes Myrrh. Oliban. anâ ʒij. *coquendo leniter miſta ſubige cum vitell.* Ovor. ʒij. *dein calefacta parum in Fiſtulam puram injice.*

IN GANGRÆNA.

Sect. 434. N. 1.

Spiritus excitans in Gangrenâ à cauſâ calidâ, temperie Alcalinâ.

℞ Succ. recent. expreſſi Citri ʒij.
——— —— Aurantior. ʒi.
Syrup. recent. Moror. ʒii.
